

libet que eidem Sindico videbuntur. Et ad obliganda bona omnia et singula dicti Comm. Bon. prefato d. Duci et Comm. Uenec. pro predictis omnibus et singulis adtendendis et observandis et ad recipiendum a dicto d. Duce Uenec. et a Sindico et a Com. et hominibus dicti Comm. (1) similem pacem concordiam et conventionem obligationem et remissionem et confirmationem dicte pacis in omnibus et per omnia ut supradictum est. Ita tamen quod omnia supradicta debeat facere et recipere dictus Sincicus de consilio Fratrum Bonaventure de Yseo et Peregrini de Ordine Minorum promittentes dicti Pot. Capit. Consilium et Comm. Bon. mihi not. recipienti nomine et vice prefati Excelsi viri d. Ducis et Com. Uenec. et Fratris Bonvixini Sindici predicti omnia facta et facienda per dictum Sincicum rata et firma habere perpetuo et tenere et non contrafacere vel venire modo aliquo vel ingenio sub obligatione omnium bonorum dicti Comm. et hec omnia iurata fuerunt in dicto Consilio de voluntate omnium de Consilio per Gerarducium Christiani bannitorem Comm. Bon. ita adtendere et observare super animabus omnium de Consilio. In Pallatio novo Comm. Bon. presentibus d. Ugolino d. Zamboni legum doct. Guilielmo de Rombodevino doct. legum. Tomaxino Rampono Iudice. Guidone d. Dominici Gosperti. Rolando de Gattis not. et Amadore Zagni Pistoris Not. testibus in dicto Consilio existentibus. Ego Petrus quondam Petrizoli Tarchredi Imp. auct. not. et nunc not. ad discum dicti d. Pot. scripsi. (2) dictus d. Frater Bonvixinus Sincicus dictorum d. Pot. et Capit. et Comm. et hominum Bon. nomine et vice predictorum d. Pot. et Capit. et Comm. et hominum Bon. ex parte una ratificavit et confirmavit omnia et singula ab ipso Sindico nomine et vice Com. Bon.

(1) Nel nostro Codice si legge invece: dopo la parola *scripsi* continua il testo colle susseguenti parole *nomine et vice etc.*

(2) Mancano nel nostro codice tutte le parole che seguono: *dictus d. Frater Bonvixinus Sincicus dictorum d. Pot. et Capit. et Comm. et hominum Bon.*, ma

brano.